ܩܪܝܡܛܝܩܐ ܕܠܫܢܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ

Id est,

Grammatica linguæ Domini nostri Jesu Christi.

SIVE

GRAMMATICA SYRIACA

Tribus libris tradita,

Quorum primus vocum singularum proprietatem, Secundus Syntaxin, Tertius figuras Grammaticas & praxin continet.

Omnibus adeo breviter & dilucide explicatis ut menstruo spatio (uti Præfatione ad Lectorem docetur) ipsa linguæ medulla exugatur.

Opera & studio

GULIELMI BEVERIDGII e Col. S. Johan. Cantabr. φιλογλώττου.

In usum Bibliorum πολυγλωττοτάτων *Waltonienſium.*

ܐܬܪܘ ܕܐܢܐ ܐܦ ܐܢܐ ܕܡܫܝܚܐ

1 Cor. 11. 1. *Estote imitatores mei sicut & ego sum Christi.*

LONDINI,

Excudebat THOMAS ROYCROFT, & Venales prostant apud *Octavianum Pulleyn.* 1658.

ܩܪܝܡܛܝܩܐ ܕܠܫܢܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ

Id est,

Grammatica linguæ Domini nostri Jesu Christi.

SIVE

GRAMMATICA SYRIACA

Tribus libris tradita,

Quorum primus vocum singularum proprietatem, Secundus Syntaxin, Tertius figuras Grammaticas & praxin continet.

Omnibus adeo breviter & dilucide explicatis ut menstruo spatio (uti Præfatione ad Lectorem docetur) ipsa linguæ medulla exugatur.

Opera & studio

GULIELMI BEVERIDGII e Col. S. Johan. Cantabr. φιλογλώττου.

In usum Bibliorum πολυγλωττοτάτων *Waltonienſium.*

ܐܬܪܘ ܕܐܢܐ ܐܦ ܐܢܐ ܕܡܫܝܚܐ

1 Cor. 11. 1. *Estote imitatores mei sicut & ego sum Christi.*

LONDINI,

Excudebat THOMAS ROYCROFT, & Venales prostant apud *Octavianum Pulleyn.* 1658.

Wm Bereridge

17.4 × 11.4 cm
(8), 144 p.

DOCTO-PIENTISSIMO,
&
NOBILISSIMO
Literarum & Literatorum Mecœnati
D. ANT. TUCKNEY SS.

Theologiæ Doctori, & ejusdem facultatis in Celeberrima Academia *Cantabrigiensi*, Professori, & St. *Johannis Collegii* Præfecto.

Proles hæc nostra (Professor & Præfecte admodum reverende) te aliquo modo agnoscit patrem, *adeoque & te omni modo ambit* patronum: *Nisi quod Paternis amoris tui radiis concepta & fota fuisset, in lucem solarem nunquam prodiisset. Ardentissimus enim tuus ille erat Linguarum Orientalium amor, de sacris cordis tui recessibus continuo ebulliens, qui animum nostrum in hac studia primus inflammavit. Ardentissimus, inquam, tuus Linguarum Orientalium amor, quo non in nostro tantum sed & in aliorum perquamplurium pectoribus sacer hic ignis accenditur. A te acceptum ferat Ecclesia, tibi æternas agant habeantque gratias Sacrarum Literarum studiosi, quod ad sensum Scripturæ eruendum latior & fœlicior jam patet aditus. Tempus erat quo SS. Theologiæ cultores in Versionum & Translationum atrio quasi & vestibulo contenti stabant, jam autem in ipsum Sanctum Sanctorum cum summo Veteris Testamenti sacerdote, in ipsa Dei loquentis adyta penetrare flagitant. Tempus erat quo* לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ *vel ipsi characteres miri videbantur & monstrosi, jam autem ipsa non minus quam Latina aut Græca colitur. Jam Alma ma-*

Paucula hæc errata quæ ex Typographi incuria irrepſerunt, Benignus Lector, priuſquam libellum hunc evolvat, ſic corrigat.

P*Ag.* 13. *lin.* 1. *lege* ettal. *p.* 25. *l.* 20. *l. Fœminorum. p.* 48. *l.* 13. ... *p.* 56. *l.* 14. *Benonin (plur.* ... *Benoni) p.* 81. 13. *illi. p.* 89. 9. ... *p.* 91. *l.* 5. ... *bis.* 96. 6. *poſt* præfixam *addas notam interr? p.* 127. 10. *Teſtamento. p.* 135. *l.* 14. *interrogatiuum. p.* 138. *l.* 6. *ut. p.* 140. 10. *dele &. Et ſi quæ aliæ occurrant, inter legendum emendentur.*

In tractatu de Linguis Orientalibus.

pag. 3. l. 35. hallucinamur. p. 4. 22. interim. p. 6. 1. ſacrarumque. l. 4. deſpicarentur. p. 7. 35. cæcutiretis. p. 9. 21. prorupimus. p. 13. 30. poſt *Eccleſia dixit*, addas notam interrogi p. 13. 37. ex illa. p. 26. 7. textum. p. 34. 31. oſtentandum.

stra præteriit imbecillitas, ipsi suppleant. Interim autem non verebr quin aliquis ipsam medullam sacræ hujusce linguæ, in aliis Grammaticis ob V. T. indigentiam, desiderata, ex opella hac nostra fugat. Hinc, hinc est quod sacra quædam audacia animum nostrum occupavit, qua spero te æqui bonique consulturum, si primitiæ hæ nostræ messis, (utpote primis & calidioribus juventutis, cum nondum scilicet vigesimam viderim aristam, & postremis canicularibus collectæ diebus,) primo Deo *& deinde* Tibi *(& postremo toti etiam Collegio) melioris loco Sacrificii, ob innumera tua in me collata beneficia,* Eucharistici, *offerentur. Non est, fateor, ut aliquid de talis opellæ dignitate gloriolæ aucuparer: quod autem tuis sub auspiciis, tua sub tutela emissa fuerit & patrocinio, nemo, uti spero, hunc honorem mihi denegaverit. Valeas itaque (Dignissime Præfecte & Professor Reverendissime) Deo, Ecclesiæ, Academiæ, Collegio, tibi & nobis vivas valeasque. Imo Deus Opt. Max. in terris valetudinem & ætatem plusquam Nestoream, & in Cœlis vitam æternam largiatur. Ita ardens fervensque exoptat & precatur*

E musæo nostro sub ædibus
D. Joh. Maynard,
Londini. Jun. 23. 1658.

Honoris tui observantissimus

Gul. Beveridgius

φιλαγαθολιχθγλωσσος.

Præfatio

ter Academia & linguas Orientales didicit. Jam bina ipsius ubera puro & Syncero politioris Literaturæ lacte distenta tument. Vix unicum est videre musæum literis libriſque Hebraicis destitutum. Imo in bicipiti hoc Parnasso sacra hac lingua tam altas radices egerit, ut omnes pene Musæ in hoc unicum studium consentiunt. Adeo ut non tantum lingua Hebraica sed & aliæ Orientales adorantur: non tantum mater sed & ipsa filiæ ambiuntur. Et ex multis quibuscum mihi res fuerit, propriis hausi auribus, se aliis, linguam præsertim Syriacam, sacram illam Jesu Christi Servatoris nostri vernaculam, addituros. Quod cum apud me tacitus revolvi, non potui non gravissimo doloris tangi pungique stimulo, quod tanta nobis sit Syriacarum Grammaticarum indigentia, ut vix una inter omnes bibliopolas sit inveniri: aut si qua forte fortuito reperiatur, proh dolor! tanto exponitur quæstu, ut vel ipsum pretium perquamplurimos a tam Sacro studio deterreret. Et quod magis adhuc dolendum fuit, si qua forsan inventa & coëmpta fuerit, ad Novum tantum Fœdus intelligendum inserviret. Nec mirum videatur: Quicunq; enim eruditi in sacris hisce studiis Grammaticalem antehac navarunt operam, nunquam tam beatos habuerunt oculos, quibus vetus Testamentum Syriacum, Cimmeriis tunc temporis involutum tenebris, intuerentur. Cum hoc ideo ineffabili Dei gratia & incredibili Piorum & Doctorum nostratum industria in manus nostras accidit, legi & perlegi, (quantum videlicet graves aliorum negotiorum compedes quibus devinctus fuerim, paterentur) ut aliqualem saltem in utrunque Fœdus Grammaticam colligerem. Nec quasi tam superbienti evehebar animo, ut perfectam & undique completam compingere susciperem Grammaticam. Absit, procul absit ut turgida istiusmodi cogitatio nostris in præcordiis hospitetur: sed animo tantum habui, ut immensi hi nostri labores doctioribus aliis & eruditioribus saltem incitamento fuerint, ut quod juvenilis nostra

mini largiaris, quod ſedulo lectum & intellectum, & fideli animo inſcriptum vellem, utpote quod ſæpe occurrit, idque venuſtis Syriaciſmis ſcatens. Prædictis una hebdomade ſuperatis, jam ipſum verbum invadas, cui & totam hebdomadam liberaliter impertiaris. Hic autem regulis generalibus & ſpecialibus haud oſcitanter obſervatis, (hæ enim multum lucis ad Paradigma intelligendum afferunt, multumque ad ipſam linguæ medullam exugendam conferunt) Paradigma verbi perfecti tenaci animo infixum habeas neceſſe eſt. Hoc cognito non eſt ut multum ſudoris inter verba imperfecta emittas; pauculis enim illis quæ hinc & inde inter iſta diſperguntur, regulis ſerio perpenſis, hæc ex Perfecto ſtatim cognoſcentur. Inter Imperfecta vero deſinentia & eorum inflectionem præcipue attendas, utpote quæ & frequentiora & verbo Perfecto diſſimiliora occurrunt. Hincq; eſt quod fuſius & plenius hæc quam reliqua explicantur. Quod ad partes orationis indeclinabiles ad finem primi libri detruſas ſpectat, illas etiam in hac hebdomade obiter ineludas. Primo libro proſtrato, ad ſecundum te protinus accingas, quem æquali imo majori facilitate in fugam des. Vellem autem ut totum a capite ad calcem legas, adeo ut omnes regulas, cum opus fuerit, in memoriam revoces. Maxima difficultas capite 4. de Pron. cum verbo latet. Non autem eſt ut nimis ſcrupuloſus ſis in affixis illis animo committendis, modo ſemel biſve diligenter perlegas ſufficiat: intimius autem eorum ſcrutinium & particulariorē cognitionē ad praxin referas; et ſi quid inter legendum occurrit de memoriæ ſinu lapſum, huc recurras & diligentius recondas. Una autem hebdomada ad librum hunc ſecundum percurrendum ſatis ſuperq; erit. Nec etiam eſt ut plus temporis in tertium profundas. Hoc autem obnixe peto, ne ad praxin te conferas donec figuras haſce Grammaticas pene ad unguem didiciſti. In hiſce enim præcipui linguæ idiotiſmi, & peculiares & elegantiores loquendi formulæ continentur. Adeo ut mirum profecto videatur, priores Grammaticos has ut & totam pe-

ne

Præfatio ad Lectorem.

ANimo ſemel habui (*Benevole lector*) *aliquid de linguarum Orientalium præſertim Syriacæ (uti mos apud alios Grammaticos invaluit) præſtantia, utilitate, ac neceſſitate hic præfari. Dum hæc autem meçum ſerio volutavi, tot in animum ſe catervatim intruſerunt, ut præfationis limites longe tranſilirent. Iſtis ideo hic omiſſis & in alium locum reſervatis, paucula tantummodo de operis ſcopo & linguam hanc addiſcendi ratione præfari libet. In ipſo autem limine præmonendum eſt, neminem Syriam facile introiturum, niſi qui Judaam primam invaſit: quod nemo viz. linguam Syriacam facilis ediſcat niſi qui Hebraicam aliquo modo callet. Hebraicus ideo es? huc accedas, & dicam quomodo menſtruo ſpatio, modo horulam unam & alteram in libello hoc evolvendo indies impendas, etiam Syriaeus evadas. Prima itaque et ſecunda Grammatices pagina poteſtatem Alphabeti Syriaci per litteras Hebraicas tibi non ignotas habes expreſſam: adeo ut omnes literas Syriacas ita exprimas uti eaſdem in lingua Hebraica exprimere ſolitus fuiſti. Omnes ideo literas hic expreſſas & ſubſequente parte capitis explicatas primo die memoriæ tradas fideliter cuſtodiendas. Proximo conſonantibus vocales adjicias, e quibus perfectum exſurgeſcet vocabulum. Hiſce tertio die alias addas vocabuli circumſtantias, ut Dageſh, Raphe, &c. 3°. et 4°. capite comprehenſas. Jamque ipſam lectionem aggrediaris, quæ ex hiſce cognitis ſponte orietur. Quæ etiam ut facilius attingatur, cuique vocabulo Syriaco literas & vocales Hebraicas ſubjeci, per quas lectionis veritatem examines & eandem multum promoveas. Lectione abſoluta in nomen procedas, cui duos concedas dies. Ad declinationes autem memoriæ imprimendas multum adjuvabit, ſi exempla ad utriuſq; finem producta diligenti animo infigas. In hiſce enim præcedentes regulæ continentur, explicantur, confirmantur. Proximum diem Pronomini*

GRAMMATICÆ SYRIACÆ

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De Consonantibus.

		In fine	*In med.*	*In initio*	*Potest.*
Olaph	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	א
Beth	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ב
Gomal	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ג
Dolath	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ד
He	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ה
Vau	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ו
Zain	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ז
Cheth	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ח
Teth	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ט
Jud	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	י
Coph	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	כ
Lomad	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ל

ne Syntaxin tam alto silentio præterisse. Ne quid autem ad perfectam hujusce linguæ sacræ adeo nobilisque cognitionem desideretur, præter accentus, sententiarum distinctionem, & numerandi rationem, pauncula de arte Metrica hisce subjunxi, quæ, si in Poëseos delectamenta natent unquam saliva dentes, ad otia consulas. Toto libello hoc jam revoluto (quem ideo tam minutum et contractum ivi ut citius, imo menstruo, ut videtur, spatio a quovis mediocris ingenii, ab aliis longe citius, revolvatur) ipsam praxin aggrediaris, qua in regulis aliisq; in libro contentis recalligendis te exerceas, & ad ulteriorem lectionem paratior evadas. Ut hanc autem felicius instituas, Lexicon Ferrarii, aut si illud nusquam prostat, Trostii, aut Buxtorfii junioris Lexicon Chaldaicum & Syriacum in promptu habeas. Nullum (fateor) horum ad Vetus Test. intelligendum (Ferrarii Lexicon optime) inserviet. Nec ullum aliud adhuc e Vet. Test. collectum extat. Bibliorum nostrorum πολυγλωττων Editores inter alia linguarum Orientalium Lexica, unum Syriaca se promiserunt edituros. Faxit Deus promissis stent et fidem obligatam liberent. Si aliter autem forte fortuito eveniret, Lexicon a nobis jamdudum inceptum, sed ob melioris illius in omnes linguas conceptam spem diu neglectum, plenum et perfectum dare conabor. Si in libello autem hoc jam edito rudis et incomptus stylus tibi fortasse non arrideat, scias vellem me non Rhetoricum sed Grammaticum hic agere, nec linguæ Latinam ad ornandam sed linguam Syriacam ad docendam studere. Nec inconsulto quidem fenestras hasce ad lumen intromittendum præcipue erectas obscuro Rhetorices fuco & pigmentis non illivi, ne præcipuus earum usus impediretur. Quo magis enim ornatæ eo magis etiam obscuræ essent. Quid autem arrideat, si quid commodi & emolumenti e laboribus hisce nostris tibi exsurgescat, id, ut & quodcunque tibi a Deo solo acceptum feras. Et interim nihil mihi nisi σφαλματα & errata, nihil mihi nisi menda, & αμαρτηματα ascribas. Et ut omnia a Deo accepta habes, sic & ei æternas habeas, agas, degasque gratias: cui sit laus & gloria nunc & in secula seculorum.

G. B.

nexum hunc non patiantur, manent ut in prima columna depinguntur. Quæ habent terminum dextrorſum tantum ſpectantem, cujuſmodi ſunt reliquæ octo in ſecunda columna, antecedenti tantum annectantur, ſic

כ ך פ ף ס ם ץ צ
בא בד בה בו בז בח בט

§. 3. Præterea Formæ ך ; ן ; nullo modo annecti poſſunt. Hinc ך ; ן ſemper ſcribuntur in principio dictionis, ac in medio & fine, (ubi etiam forma ן ſcribitur,) quando antecedens litera cum conſequenti connecti nequit.

In fine dictionis ſequentes nonnihil mutantur, uti videre eſt in tabula.

ף ץ ך ם ן
ד ל ם ן ע

§. 4. Duabus illis literis ך & ל concurrentibus, prior poſterioris ſequitur ductum: ideoque ſi ך præcedat, ſic pinguntur אל ; כל, ſic לא. At notandum eſt, ſi duo ל ל in fine concurrant, in Bibliis noſtris Polyglottis, ſic ſcribuntur, כלל; at in antiquis codicibus ſic ללל, ut מָלַל *malel, locutus eſt.* Aliquando vero in initio etiam vel in medio, ſic ſcribuntur, ut בְּלַיְלָה בללה *blelio* i. e. *in nocte*, Joh. 3. 2. ſed hoc rariſſimum.

Eſt & alia literarum ligatura, quandoque in Bibliis Polyglottis obſervanda, ut על, לא &

	In fine	*In medio*	*In initio*	*Poteſt.*
Mim.	ם	מ	מ	m
Nun	ן	נ	נ	n
Semchath	ס	ס	ס	s
Ae	ע	ע	ע	ʿ
Pe	ף	פ	פ	p
Tsode	ץ	צ	צ	ts
Koph	ק	ק	ק	q
Riſh	ר	ר	ר	r
Shin	ש	ש	ש	sh
Tau	ת	ת	ת	t

§. 1. Quædam inter haſce Syrorum literas aliis annectantur, quædam vero non; & earum quæ annectantur, quædam & antecedenti & conſequenti, aliæ antecedenti tantum annecti poſſunt: Hæcque facile ex hac tabula dignoſcantur.

§. 2. Quæ ideo habeat terminum alicujus lineæ dextrorſum ſimul & ſiniſtrorſum ſpectantem, cujuſmodi quatuordecim in ſecunda columna collocantur, utrinque annecti poſſunt, ſic

ב ג ח ט י כ ל ם נ ס ע פ ק ש

At hæ literæ ſi ante vel poſt ſe habent alias, quæ nexum

didicit. Hinc ante ـ interdum ponitur ʾ, & ـ vocalem ſuam (ـَ) in ʾ tranſfert, ut pro ـِـوْ *ido manus* fit ـِـʾوْ. Sic ـِـعَ *had meminit.*

§. 6. Ratione organi literæ dividuntur in *Gutturales, Linguales, Palatinas, Dentales,* & *Labiales*; ut *apud Hebræos.*

In hac autem diſtinctione communis regula eſt, quod, *Literæ ejuſdem organi facile inter ſe commutantur.* Et hoc modo multæ voces Hebraicæ in linguam Syriacam tranſmigrant, ut ab Heb. זָהָב *aurum*, fit Syr. ـَـهَبَا. Sed hæc uſu potius quam præceptis Grammaticis ſunt diſcenda; nos brevitati ſtudemus.

§. 7. Ex literis illæ 3 ـوْـʾ ſunt quieſcentes, ʾ quieſcit in ـَ, ـِ, & ـُ in medio & fine, ut אֱלָהָא *Aloho, Deus*; מָאכוּלְתָא, *meculto cibus*; בָּיָא *baja conſolatus eſt*: in (ـَ) quieſcit in medio, ut מֵאמְרָא *mimro verbum*: ـْ quieſcit in (ـْ) in medio, & fine, ut מַלְכוּתָא *malcutho*, & מַלְכוּ *malcu regnum*: in vocali (ـُ) quieſcit tantum in nominibus peregrinis, ut פָּאוּלָס παῦλος. Jud ـ quieſcit tantum in (ـِ) & (ـُ), idque in medio & fine, ut

& ejuſmodi, quæ facile uſu cognoſcantur. Ubi tamen notandum eſt, quod cum ׂ & ׇ ita conjungantur, *Lomad* terminat dictionem præcedentem, & *Olaph* incipit ſequentem, ut עַלֹ־שֹׂ֫ק *ſuper parietem*, Levit. 5. 9. ubi ׂ pertinet ad שֹׂ֫ק, & legendum eſt, עַל אָסְתָּא שֹׂ֫ק, ut antea. Hunc etiam in modum ultimæ literæ aliarum dictionum præcedentium, & primæ conſequentium ſæpe conjunctæ occurrunt, adeo ut duo hæc vocabula ita conjuncta, unum tantum eſſe videntur, ut בְּמִשְׁכְּנוֹבְנֵא *in tabernaculo temporis*, pro בְּמִשְׁכַּן זִבְנֵא Exod. 28. 21. Sic עַלֹ־מַרְבְּחָא *ſuper aram*, pro עַל מַרְבְּחָא Levit. 6. 9. Et hujuſmodi plurima occurrunt, quæ diligenter ſunt obſervanda, aliter magnam, incipientibus præſertim, inter legendum parient difficultatem.

§. 5. Tres literæ ד ה ׂ aliter interdum pronunciantur, quam ſcribuntur. Primo ideo duobus ׂ concurrentibus, poſterius ſicut ה pronunciatur, ut אֵיׂ֫ר *ojar aer*, ſic etiam ׂ in *benoni quieſcentium* ו, ut קָאֵם קֹ֫ם *Kojem, ſtans*. 2. ה in initio dictionis ſi notetur vocali (ָ,) & ד ſequente ו tantum ſuſtinent vocales ſuas ſicut ׂ, ut אֲדִיל *ileph* (non *jileph*) *di*[illegible]*cit*.

Ischok vel Chevotso.		i	◌ִ	◌ִי		Heb.
Odom vel Zequopho		o	◌ֹ	◌ֹו		Heb.
Urijo vel Otsotso.		u	◌ֻ	vel ◌וֻ	◌וּ	Heb.

Sic

◌ֻ	◌ֻ vel	◌ֻ	◌ֻ	◌ֻ	◌ֻ vel ◌ֻ
ba	be	bi	bo	bu	
◌ֻ	◌ֻ	◌ֻ	◌ֻ	◌ֻ	

§. 2. Formæ *punctorum* ſitum ſuum ſemper obſervant excepto unico iſto in *otsotso* ſeu *Urijo*, Quod aliquando eſt ſupra o, valetque [*u*] breve, ſeu Heb. ◌ֻ, ut ◌ֻ. Aliquando vero infra, valetque [*u*] longum, ſeu Heb. ◌וּ, ut ◌ֻ. Reliquæ vocales non diſtinguuntur quantitate ſicut Hebraicæ, uti nec agnoſcunt Pathach furtivum, ſicut illæ.

§. 3. Formæ notarum nunc infra, nunc ſupra literam pro commoditate collocantur, ubi notandum, quod (*) nunquam ſcribitur ſine o, niſi in ◌ֻ *omnis* & ◌ֻ *propter*. Hic etiam notandum,

לי *mihi*, גלין *revelantes.*

§. 9. Priuſquam manum tollam de hac tabula, obſervanda eſt & alia literarum figura, difficilior quidem & minus uſitata, quæ a quibuſdam *Eſtrangula* audit, & in Titulis & inſcriptionibus librorum & capitum uſurpari ſolet. Sic ideo depinguntur,



CAP. II.

De vocalibus & diphthongis.

§. 1. SYri quinque ſolummodo habent vocales, ſed duplici forma pictas, *antiqua* & *recenti*. *Antiqua* fit per notas quaſdam a Græcis vocalibus parumper variatis ortas. *Recens* fit per puncta variis modis diſpoſita. Omnes autem vocales duplici inſigniuntur nomine, altero *a nominibus propriis*, altero *a natura vocalis* petito. Sequens tabula omnia indicabit.

אבְרָהָם *Abrohom* vel פְּתָחָא *Pethoca*	vel	a	◌ַ ◌ָ	Heb.
אֶשְׁתָּיו *Eſhajo* vel רְוָטְסָא *Revotſo.*	vel	e	◌ֶ vel ◌ֵ	Heb.

ֵ, ut בְּהֵמוֹתָם *Eſhteu, bibam illud.* 3. [*iu*] præcedente (ֶ,) ut נֶבְדִּיו *nauvediu perdet eum.* [*ou*] poſt alterum ו cum vocali (ֹ,) ut שׁוּרְיוֹא *ſhoudoio promiſſio.* Jud vero facit 2 Diphthongos, 1. [*ai*] præcedente (ַ,) ut מַלְכַּי *malkai reges mei.* 2. [*oi*] præcedente (ָ,) ut קָדְמָיְתָא *Kadhmoitho prima.*

CAP. III.

De Sheva, Dageſh, Raphe, & Mappic.

§. 1. *Omnis conſonans vere deſtitutus vocali intelligitur ſub ſe habere Sheva ſimplex.* Primo, dixi, *vere deſtitutus*, quia conſonans aliquando non videatur habere vocalem, cum revera habet, quoniam, ut dixi, omnis vocalis non ſemper exprimitur, ſed aliquando ſubintelligitur. 2. dixi, *intelligitur*, Sheva enim nunquam apud Syros exprimitur, ſed eo nomine quod nulla vocalis exprimitur nec exprimi debet, Scheva intelligitur. 3. Dixi, *ſimplex*, Syri enim nullum agnoſcunt Scheva compoſitum.

§. 2. *Scheva* nunc *mobile* eſt, nunc *quieſcens*, *mobile* eſt, 1. In *initio Dictionis.* 2. Poſt *ſocium.* 3. Poſt *Dageſh* i. e. quando litera Schevata habet vim *tu Dageſh*, ut in Conjug. Pahel, ut כַּתְּבֵהּ *cateboh.* ſcripſit eam. 4. Aliquando poſt vocalem longam. Quieſcit vero poſt *brevem*, plerumque poſt *longam*, & aliquando in *fine.* Sed hæc habet cum Heb. communia.

§. 3.

quod vocalis *odem* ad ea adhibetur, quæ Hebraicis characteribus per *camets longum* efferuntur : adeoque ſi vox Syriaca illis characteribus ſcribatur, *odom* per *camets* exprimitur, ut גְּלָא *revelavit.* מִלְּתָא *verbum,*

§. 4. Utraque autem figura in eadem dictione pro libitu permiſceantur. Neque omnis conſonans, in antiquis præſertim codicibus, ſemper ſuas debitas habet ſcriptas vocales, ſed aliquando ſyllaba, imo tota dictio deſtituitur vocalibus, quæ ex analogia Grammatica ſunt ſupplendæ. Hunc etiam in modum *vocales*, in illis præcipue codicibus, non ſemper illis literis ad quas pertinent, aſcribuntur, ſed quandoque præcedentibus literis, quandoque ſubſequentibus, ut in בְּנִי *filii*, ibi (ּ) ponitur ſupra ב, cum revera pertinet ad ſequens נ, & debuit recte ſcribi בְּנָיָא *benaio*. At hoc etiam ex analogia Grammatica eſt corrigendum. Dixi autem in *antiquis* præſertim codicibus. In Bibliis enim noſtris *Polyglottis* tanta, tam incredibilis adhibetur diligentia, ut non tantum omnis dictio, plerunque omnes ſuas habet vocales (ubi ullas, in quibuſdam enim libris nullæ aſcribuntur vocales quia non erant in primis exemplaribus) ſed & quæque litera propriam.

§. 5. Ex hiſce vocalibus cum conſonantibus ו & י conflantur Diphthongi. ו ideo quatuor facit Diphthongos, primo, [*au*] præcedente (ָ) ut אוּלַד *auledh genuit*. 2. [*eu*] præcedente (ֶ) & interveniente י, ut

§. 7. Scheva aliquando mutatur, idque 1. ſub *gutturalibus* in (ֲ) vel (ֳ) ut אֱלֹהִים *Deus* pro אֱלֹהִים. Sic & אֲמַר *dixit* pro אֱמַר. 2. In verbis a Jud incipientibus mutatur in (ֳ) ut יְלָף *didicit*, pro יְלָף.

Hic etiam diligenter obſervandum quod Scheva quieſcens ſequente Scheva mobili mutatur in vocalem (ֳ) ut מִשְׁכְּנֵהוּ *tabernaculum ejus*, pro מִשְׁכְּנֵהוּ Gen. 9. 21. נְהַפְּכְךָ *reſtituet te*, pro נְהַפְּכְךָ Gen. 40. 13. מִזְבְּחָא *altare*, pro מִזְבְּחָא Exod. 29. 16. נְתִקְטֶל *occidatur*, pro נְתִקְטֶל. Lev. 14. 16. נְשְׁמְעוּן *audient*, pro נְשְׁמְעוּן. Deut. 14. 11. Sed hujuſmodi perquamplurima legenti paſſim occurrunt. Unicum ideo aliud mihi obſervaſſe ſufficiat, vid. quod hanc ob cauſam o quæ efficit Diphthongum aliquando movetur, & Diphthongus deperditur, ut כּוֹכָבָא *ſtella*, pro כּוֹכָבָא Gen. 15. 5.

§. 8. *Dageſh* eſt punctulum ſupra literas *begadkephat*

§. 3. Scheva nunquam immediate præcedit ר Olaph, ideoque ְ ſemper transfert vocalem ſuam in præcedens Scheva, ut pro שְׁאַל *petiit*, fit שֶׁאַל; pro מְאָה *Centum*, fit מֵאָה.

§. 4. Jud initiale nunquam ſub ſe admittit *Scheva mobile*, ſed pro eo ſemper recipit (ִ) illudque (ִ) transfert in literam ſervilem, ſi quæ præcedat, & ipſummet fit quieſcens, ut pro אִתִּילַד *natus eſt*, fit אִתִּילַד.

§. 5. Duobus Schevajim in initio vocis concurrentibus, prius mutatur in (ִ) ut in פִּקֵּד *viſitavit*, ס habet Scheva, præfigas ס, quod etiam debuit habere Scheva, & fit סִפֵּקֵד *& juſſit*. Et *hæc vocalis* (ִ) invariata manet, alia litera accedente, ut שְׁמַיִם *cœli*, præfigas ב quod debet habere Scheva, & erit בִּשְׁמַיִם *in cœlis*, præfigas iterum ב quod etiam debuit habere Scheva, & tamen (ִ) ſupra ב non mutatur, ſed fit בִּדְשְׁמַיִם *qui in cœlis* Mat. 6. 10.

§. 6. Hic autem obſervandum, quod verbum in quo vocalis ְ transfertur in locum præcedentis Scheva, literas illas א ס ב ד ſibi præfixas retinere, ac ſi adhuc inciperet cum Scheva, ut וְשָׁאַל *& petiit*.

§. 7.

eſtal, dabo. Sic מַלְפָּנָא *doctor.* Non legitur *Malpono*, nam tum haberet *Kuſhoi* ſuperſcriptum, ſecundum regulas *rũ Kuſhoi* paulo ante traditas, ſed habet *Ruchoch* ſeu *Raphe* ſubſcriptum, & ratio eſt quia *rò lomad* apud Hebræos & Chaldæos Dageſhatur, ut מַלְפִּין *docentes*, ideoque & hoc verbum legendum eſt, *Ma-lphono* ; & ſic de cæteris.

§. 11. Vice Hebræorum *Mappic* Syri habent aliud punctum notam fœminini generis ſupra ܗ poſitum, ut ܪܓܠܗ pes ejus. ܦܩܕܘܗ jusſerunt eam.

CAP. IV.

De punctis Diacriticis, Ribbui, & Lineola.

§. 1. *Punctum Diacriticon* eſt cujus vario ſitu pronuntiatio & ſignificatio vocabulorum variatur. Et quidem ambiguis Dictionibus, plerunque, cum abſint vocales, hoc punctum aſcribitur, ut facilius una ab altera diſcernatur. Conſonanti ideo ſuperpoſitum denotat, (ּ,) (ּ,) & (ּ) Heb. ſubſcriptum vero denotat (ּ,) (ּ,) & ּ Heb. ſub litera ס, ut סִי, puncto ſubſcripto סִי *ido*, *manus* : puncto ſuperſcripto סִי *aido.* i. e. *quæ.* Sic הוּא *ipſe.* הִיא *ille.* הִיא *ipſa.* הוּא *illa*, הֵנּוּן *illi.* הֵנּוּן *ipſi.* הֵנִּין *illæ*

phat poſitum, quod tollit earum aſpirationem, ideoque vocatur קוּשְׁיָ֫ מָפְּחָא *Kuſhoi duritiei.* Imprimitur autem illis literis, 1. ab initio vocis, ut תַּלְמִידָא *diſcipulus.* 2. Poſt literam quieſcentem, ut מַלְכָּא *rex.*

§. 9. Raphe eſt punctulum infra literas *begadkephat* poſitum, quod illas cum aſpiratione pronuntiandas oſtendit, ideoque dicitur רוּכְּ֫ מָפְּחָא *mollities*: ſubjicitur autem illis literis, 1. Si ipſæ efferantur *per Scheva quieſcens*, ut בְּרוּךְ *bruch genn*: niſi aliud Scheva quieſcens præcedat, tunc enim habent מָפְּחָא *Kuſhoi* ſeu Dageſh, i. e. non aſpirantur, ut בַּזְתְּ *bazt*, non *bazth*, *rapuiſti*; פְּלַגְתְּ *plagt*, non *plagth*, *diviſiſti* vel *ſeparaſti*. 2. Poſt *Scheva mobile*, *ut*, בּוּרְכְּתָא *bur-kto*, *benedictio*. 3. Poſt quaſvis vocales, ut אֶכַל *echal comedit.*

§. 10. Hic præterea notandum, quod ubicunque Dageſh forte apud Hebræos vel Chaldæos locum habet, ibi etiam apud Syros literæ per Kuſhoi ſunt efferendæ, ut in conjugationibus gravibus, defectivis prima *nun*, vel ſecunda radicali & nominibus ab hinc derivatis & ejuſmodi, quæ uſu diſcantur. At tales quidem voces leges ſuæ Dageſh fortis obſervant, ut אִתַּל *ettal*,

id vocalem, vel tempus, vel Kuſhoi, vel aliquid ſimile ſignificat. At puncta hæc non tantum *pluralibus*, ſed *ſingularibus Collectivis* apponuntur, & etiam aliquando, etſi admodum raro, aliis ſingularibus, at quæ etiam tum ſignificationem habent pluralem, ut Jacob. 3. 3. סוּסִים בְּחִטְמֵי *in ore equorum*, ubi חִטְמֵי eſt nomen ſingulare, at habet ſignificationem pluralem, ideoque habet *Ribbui* ſeu duo illa puncta ſuperſcripta.

At pluralibus ſemper aſcribuntur, niſi in maſculinis in ם quando verbi ſubſtantivi vim in ſe habent, ut אַתֶּם שֹׁפְטֵי i. e. *qui potentes eſtis.*

In *verbis* autem hæc puncta denotant tantum fœmininum genus pluralis numeri, ut מְנֶינָה *mandate* fœm.

§. 4. Ut punctum ſic etiam *Lineola* pro vario ſitu varia indicat, ut, ſi ſupra ponatur, indicat 1. *Vocem contractam*, ut ־ pro מַלְכוּת *gloria.* ־ pro קָדוֹשׁ *Sanctus.* ־ pro חֶסֶד *gratia*, quæ ſæpe ita contracta occurrunt in Revelationibus a Lud. de Dieu editis. 2. *Literam numerum indicantem*, ut ־ 2. ־ 4. 3. *Vocativam particulam* ־ o. 4. Indicat literam ſubjectam quieſcere & per Scheva efferendam eſſe ſequente altera litera quieſcente, ut, מַלְכְּתָא *malktho regina* : & hinc a quibuſdam

illa. הֵנָּה *ipſe.* Sic מִי *quis?* מִי *ex.* Sic denique רָשָׁע *malus.* רָעָב *miſer.* Sic *malus* & *miſer* non puncto, ſed tantum puncti ſitu diſtinguuntur. Alia inter legendum poſſis obſervare.

§. 2. Inter verba hoc punctum *perſonas* & *tempora* diſtinguit. Idque 1. ſubſcriptum denotat *omnes perſonas præteriti*; excepta prima ſingulari, ut פָּקַד *mandavit*, &c. At tertia ſingularis fœminina habet punctum ſuperſcriptum, ut פָּקְדָה *mandavit illa.* 2. Aliquando denotat *imperativum* & *infinitivum.* 3. *Omnes perſonas Futuri* exceptis primis utriuſque numeri, ut יִפְקֹד *mandabit.* Superpoſitum indicat 1. *Primam præteriti.* 2. *Benoni*, ubi etiam denotat vocalem. 3. *Primam ſingularis* ſimul & *pluralis futuri*, *ut*, נִפְקֹד *mandabimus.*

§. 3. *Ribbui* (רִבּוּי i. e. *multiplicatum*) fit ex duobus punctis ſimul concurrentibus, quæ denotant in *nominibus* utriuſque generis numerum pluralem, ut קִבְרֵי פְתוּחִים גְּרוֹנָתָם קִבְרֵיהֶם i. e. *ſepulchra patentia ſunt guttura eorum:* ubi etiam obſerves, quod litera ק quæ ſemper unum punctum in vertice geſtat, unum ſolummodo recipit, quod ſi unquam tertium addatur, id

necti poſſunt, ducunt lineam, quæ utramque conjungat, vel aliquando lineam connexionis longiorem faciunt, ut נְשַׁמְּשֵׁנִי *miniſtrabit mihi.* Et ſic in cæteris.

Exemplum Lectionis.



Dicit ille qui teſtatur iſta, Etiam venio cito, Amen. Veni Domine Jeſu. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit cum omnibus vobis Sanctis, Amen. Revel. 22. 20.

CAP. V.

De nomine ejuſque Accidentibus.

§. 1. IN prima hac Grammatices parte, ſeu in vocum ſingularum proprietate explicanda, communem utpote planiorem obſervabimus methodum, & omnes partes orationis quanta poſſumus brevitate percurremus.

buſdam nominatur ܡܰܪܗܳܢܳܐ *marhtono*, quaſi *currere faciens*, quia facit ut litera quæ ſubjicitur curſim proferatur. Si infra ponatur, indicat 1. *Otium* illius literæ cui ſubjicitur, ut vid. in pronunciando occultaretur: ut ܡܕܺܝܬܳܐ *mdito urbs*. Sic ܒܪ ܐܢܫ *bar-noſh Filius hominis*. ܐܢܳܐ *Kore-no. Voſo ego*. Hinc ſæpe evenit, ut litera cui hæc Lineola ſubjicitur, in eandem cum præcedente Dictionem coaleſcat; ut ܒܪܢܫ *Barnoſho*. ܩܪܢܐ *Koreno*: illa vid. litera cui hæc ſubjicitur prorſus ejecta. Hinc fit ut ʾ in *Græcis* nominibus quæ facta ſunt Syriaca non pronunciatur, ut ܐܟܣܢܝܐ i. e. *ξένος*. 2. In *imperativis* formæ Paſſivæ (de quibus infra) indicat abſentiam vocalis, ut ܐܬܦܥܰܠ *ethpakd, mandator*, ܐܶܬܰܬܰܥܰܩ *Eſtakl, intellige*. 3. In *Carmine* metri gratia priori quieſcentium ſubducta vim habet vocalis (ˣ) vel (ˣ,) ideoque dicitur ܡܗܓܝܢܐ *meditari faciens*, quia facit, ut litera tardius legatur. Et ſic opponitur τῷ ܡܕܺܝܢܳܐ de quo ſuprà.

Nec tantum Lineola ſupra & infra literam, ſed & intra literas ejuſdem Dictionis Syris in uſu eſt, ſcilicet, cum vocabulum aliquod in duas partes dividere iis non ſecus ac Hebræis pro abſurdo habeatur, quandocunque ſpatium aliquod lineæ replendum linquitur, inter literas illas quæ antecedenti vel conſequenti annecti

humuncio. Fœmina autem inſerunt ـــــــ ut ـــــــ *oculus*, ـــــــ *ocellus*.

§. 4. Ratione *numeri* nomen eſt vel *ſingularis*, vel *dualis*, vel *pluralis* numeri. Etſi Syri *Plurali* ſæpiſſime pro *Duali* utuntur. Diſtinctio autem numerorum in declinationibus patebit.

§. 5. Ratione *generis* nomen eſt vel *maſculinum* vel *fœmininum*, (pro *neutro* nunc *maſculino* nunc *fœminino* utuntur.) Hoc autem vel *ſignificatione* vel *terminatione* eſt dijudicandum.

Significatione ut apud Hebræos. Hanc ideo illis relinquimus, cum illis enim tantummodo nobis res eſt.

Terminatione fœminina ſunt. 1. quæ deſinunt in ـــــــ ſervile, ut ـــــــ *regina*. 2. Quæ terminantur in ـــــــ ut ـــــــ *retectio*, vel in quamcunque ـــــــ non radicalem. Sic etiam & horum Apocope, ut ـــــــ pro ـــــــ *regnum*. 3. Cum ـــــــ ſit communis *emphaticis maſculinorum* & *fœmininis*, an terminata nuda ـــــــ ſint fœminina aut maſculina uſu tantum dignoſcendum eſt. Cætera quæ ſub horum numero non continentur, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ſunt maſculina. At quædam ſunt & maſculina & fœminina, ut omnia numeralia a decem ad centum, & aliqua alia quæ lectioni referimus.

§. 6. *Caſus* ſunt ſex, qui ita formantur, Nomin. ـــــــ *rex*. Gen. ـــــــ *regis*. Dat. ـــــــ *regi*. Acc. ـــــــ vel ـــــــ *regem*. Voc. ـــــــ

In nomine ideo, ejus ſpecies, numerus, genus, caſus, & declinatio ſunt ſpectanda.

§. 2. Ratione *ſpeciei* nomen vel *nudum* eſt ſeu *primitivum*, quod ſolis literis radicalibus conſtat, vel *derivativum*, quod aliquas ex literis (quæ hoc vocabulo artis comprehenduntur) ܐܡܬܝ אֶמְתִּי ad *tergum* vel ad *frontem* vel ad utrumque ſuſcipit. Huic autem numero, vid. ܬܘܒ תּוֹב, aliqui addunt ס, ut in ܡܠܟܘܬܐ מַלְכוּת *regnum*, quod tamen non magis inter Syr. ܐܡܬܝ quam י in מַלְכוּת inter Heb. הָאֱמֶתִי eſt recenſendum. Alii addunt ש, ut in ܫܠܗܒܝܬܐ שַׁלְהֶבְיתָא *flamma*. Hoc tamen ad radicem Syriacam pertinet, etſi non ad Hebraicam.

§. 3. Huc etiam pertinent adjectiva *denominativa* & *diminutiva*, quorum illa formantur abjectione literæ emphaticæ ܐ (de qua poſtea,) & aſſumptione ܐ, ܢ, vel ܝ, ut ܪܘܚܐ רוּחָא *ſpiritus*, ܪܘܚܢܝ, ܪܘܚܢܝܐ, vel ܪܘܚܢܝܬܐ *ſpiritualis*. Ad hæc pertinent etiam *Patronymica* & *Gentilia*. *Diminitiva* autem formantur inſertis ante ܐ emph. ܘ vel ܝ, ut ܓܒܪܐ גַּבְרָא *homo*, ܓܘܒܪܝܐ vel ܓܒܪܝܐ *homuncio*.

CAP. VI.

De Declinatione prima.

§. 1. Hic conſideranda occurrit utraque forma *emphatica* & *conſtructa*, idque in utroque numero. Forma autem *ſimplex* ſeu *abſoluta* in ſingulari non indiget formatione vel explicatione, cum ſit ipſum vocabulum formandum. Primo ideo agemus de ſingulari, & deinde de plurali numero. Sed ut faciliori methodo progrediamur, omnia ad utramque formam in utroque numero pertinentia ad ſequentes (quantum poſſumus) reducemus regulas. Primo ideo in ſingulari hæ obſerventur regulæ.

§. 2. 1. *Forma emphatica formatur a ſimplici aſſumendo ad finem* ʾ, ut Simp. טָב *bonus*, Emph. טָבָא. Sic Simp. צַדִּיק *juſtus*, Emph. צַדִּיקָא.

2. (ה,) (א,) & ה *in monoſyllabis, & in polyſyllabis præcedente vocali, mutantur in Scheva, præcedente Scheva cum illo ſitum commutant:* (at (ה) ult. in (א) mutatur, ut שְׁמַיָּא *virtus* שְׁמַיָּא. Excipe חַיָּא *juſtus* חַיָּא, חִנָּא, חִנָּא (legitur *chrin*, ח non pronunciato) חִנָּא *alius.* Mat. 5. 39.) ut Simp. רְחִים *amator*, Emph. רְחִימָא. Sic זְמַן *tempus* זְמָנָא, קֻדְשָׁא *Sanctitas* קֻדְשָׁא, שֵׁם *nomen*

ܡܠܟܐ vel ܡܠܟ ܘ ܡܠܟ *ô rex.* Ab. ܡܠܟ ܡܢ ܡܠܟ *a rege.* Plur. nomin. ܡܠܟܝܢ *reges.* Gen. ܕܡܠܟܝܢ *regum.* Et ſic de cæteris, addito videlicet ܕ *genitivo*, ܠ *dativo*, ܠܡ vel ܠ *accuſativo*, ܘ *vocativo*, (quod tamen ſæpe deeſt,) & ܡܢ *ablativo*, vel etiam ܒ, ut ܒܣܝܦܐ *gladio.*

§. 7. Declinationes ſunt duæ, prima *maſculinorum*, ſecunda *fœmininorum*. Harum commune accidens eſt forma *Emphatica* & *Conſtructa*. Forma *Emphatica* in genere hic idem valet ac ה demonſtrativum apud *Hebræos*, vel ὁ apud *Græcos*, ut Græc. ὁ ἀνὴρ Heb. הָאִישׁ Syr. ܓܒܪܐ *ille vir.* Hæc autem forma apud *Syros* ſæpius quam apud *Græcos* vel Hebræos emphaſin ſuam amittit. Forma *conſtructa* eſt idem quod *ſtatus regiminis*, quando ſubſtantivum vid. regit aliud ſubſtantivum in genitivo caſu, adeoque quod regit, ut apud Hebræos, (ſed ſecus quam apud Græcos vel Latinos) eſt in *forma conſtructa*. Sed ſigillatim de declinationibus.

CAP.

1. *Pluralis ſimplex formatur à forma emphatica ſingulari, mutando* ʾ *in* ن, ut ܓܒܪܐ *vir*, emph. ܓܒܪܐ, plur. ܓܒܪܝܢ *viri*. Excipe, quæ formam ſimplicem in ſingulari formant per ʾ vel ܐ, ſimplicem pluralem formant ab illa ſimplici ſingulari mutando ʾ vel ܐ in ܝ, ut ܒܚܝܪ *electus*, plur. ܒܚܝܪܐ *electi*. ܓܠܝ *revelans*, ܓܠܝܢ *revelantes*. ܡܦܩܕ plur. ܡܦܩܕܝܢ *perfecti*.

§. 5 2. *Emphatica pluralis formatur ab emphatica ſingulari, mutando* ʾ *in* ʾ, ut ܓܒܪܐ *vir*, plur. emph. ܓܒܪܐ *viri*.

Excep. 1. Quæ faciunt ſimplicem pluralem in ن, faciunt emphaticam in ʾ, ut ܓܠܝ *revelatus*, plur. ſimp. ܓܠܝ emph. ܓܠܝܐ. Hic tamen excipiuntur etiam aliqua, quæ faciunt ſimplicem in ن & emph. in ʾ, ut ܛܠܝ *pueri* ܛܠܝܐ. ܦܬܝ *fragmenta* ܦܬܝܐ. ܕܒܪ *pectora* ܕܒܪܐ, quomodo & alia quædam formantur quæ uſu diſcenda. Formam etiam ʾ alia quædam obſervant præter nominata,

men ـعظـــا. ـمـــا *agnus* ـمـــا.

Excep. 1. Quædam mutant (ـ) ultimæ in penultima in (ـَ,) ut ـحشـ *caro* ـحشـا.

Ex. 2. Quædam e contrario mutant (ـَ) in (ـ,) ut ـنفـ *anima* ـنفـا. ـلكـ *rex* ـلكـا: & sic omnia etiam nomina *formæ* ـعـــا, ut ـعـــا *electus* ـعـــا. ـيـــا *revelatus* ـعـــا. ـبـــا *puer* ـعـــا: sic & alia nomina *formæ* ـعـــر, ut ـعـــر *pupillus* ـعـــا.

Excep. 3. Quædam nomina a verbis defectivis derivata nihil omnino mutant, ut ـحـ *cor* ـحـا ـعـ *dens* ـعـا.

3. | *Finale mutatur in* ـ *mobile*, ut ـعـــا *eligens* ـعـــا.

§. 3. 4. *Forma conſtructa eſt eadem hic cum ſimplici*, ut ـنفـ ـلكـا *anima regis.* Nec unquam pro conſtructa utuntur emphatica, niſi intercedente ـ, ut ـنفـا ـلكـا *anima regis.*

§. 4. Tantum de humero ſingulari. Sequitur pluralis, ubi ſequentes etiam obſervenţur Regulæ.

1. *Pluralis*

Paradigma declinationis primæ.

	Sing.			Plur.	
	Emphat.	*Simpl.*	*Conſtr.*	*Emphat.*	*Simpl.*
Vir.	גֶּבֶר	גֶּבֶר	גַּבְרֵי	גַּבְרַיָּא	גַּבְרִין
Elect.	בָּחִיר	בָּחִיר	בְּחִירֵי	בְּחִירַיָּא	בְּחִירִין
Bonus.	טָב	טַב	טְבֵי	טָבַיָּא	טָבִין
Rex.	מַלְכָּא	מֶלֶךְ	מַלְכֵי	מַלְכַיָּא	מַלְכִין

Et ſic de cæteris juxtâ præcedentes regulas.

CAP. VII.

De Declinatione ſecunda.

§. 1. HIc etiam conſiderandus eſt numerus ſingularis, & pluralis, & in utroque forma ſimplex, emphatica, & conſtructa. Primo de ſingulari.

Reg. 1. Forma ſimplex hic eſt rariſſima, & ſi unquam occurrit fœmininum deductum a maſculino in forma ſimplici, non omnino differt a forma emphatica maſculinorum, ut טָב *bonus*, Fœm. ſimpl. טָבָא *bona*.

§. 2. 2. Quod ad formam emphaticam fœminorum attinet, 1. *Quæ oriuntur a maſculinis, formant emphaticam fœmininam a ſimplici maſculino, aſſumendo ad*

præcipue quæ derivantur a quieſcentibus ult. ʃ, ut ܡܪܝ *Dominus*, ܡܪܝ *domini*. Huc pertinent, ܫܡܝ *aquæ*, & ܫܡܝ *cœli*, quæ ſemper in hac forma & plerunque ita leguntur.

Excep. 2. Quædam, etſi pauciſſima, aliquando formant pluralem emph. in ܐ, ut ܒܢܝ *filii*, ܐܝܕܐ *manus*. Sic & ſemel legitur ܫܡܐ *cœli*, Exod. 31. 17.

§. 6. 3. *Forma conſtructa formatur a ſimplici, mutando* ܝ in ܐ, ut Simp. ܡܠܟܝ *reges*, Conſt. ܡܠܟܐ, & ܝ in ܐ, ut ܒܚܝܪ *eligentes bonum* vel *electores boni*.

§. 7. Et hucuſque de numero *ſingulari* & *plurali*. Numerus autem *dualis* raro aut nunquam occurrit, ſi unquam autem legitur, exit in ܝ, ut ܬܪܝܢ *duo*, ܬܪܬܝܢ *duæ*. ܡܐܬܝܢ *ducenti*. ܡܨܪܝܢ *Ægyptus*.

§. 8. Et tantum de Analogis in declinatione Prima. Invenire autem eſt quædam etiam Anomala quæ ab hiſce regulis diſcedunt, ut ܒܝܬ *domus*, ܒܝܬܐ. ܫܡ *nomen*, ܫܡܗ. ܪܝܚ *odor*, ܪܝܚܐ. ܥܡ *populus*, ܥܡܐ. ܐܒ *pater*, ܐܒܗ *patres*. Et ejuſmodi quæ uſu diſcenda.

Paradigma

1. *Simplex pluralis formatur a simplici singulari, mutando* ا *in* ع, *ut* ܚܟܡܬܐ *sapientia,* ܚܟܡܬ *sapientia.* ܫܒܚܐ *laus,* ܫܒܚ. At formæ ܡܠܟܘܬܐ *regnum* & ܬܪܥܐ *trabs,* movent و & ي, & faciunt ܡܠܟܘ & ܬܪܥ.

2. *Emphatica formatur a simplici, mutando* ـ *in* ا. ut simpl. ܫܒܚ *laudes,* emph. ܫܒܚܐ. ܡܠܟܘ *regna,* ܡܠܟܘܬܐ. Anomala hic quæ admodum pauca sunt inter legendum observentur.

3. *Forma constructa formatur a simplici, mutando* ـ *in* ـ, *ut* ܫܒܚ *laudes,* Const. ܫܒܚ. ܒܪܟܬ *benedictiones,* ܒܪܟ.

Paradigma declinationis secundæ.

	Sing.			Plur.	
	Constr.	*Emph.*	*Simp.*	*Constr.*	*Emph.*	*Simp.*
Justitia.	ܙܕܩ	ܙܕܩܐ	ܙܕܩܐ	ܙܕܩ	ܙܕܩܐ	ܙܕܩ
Bona.	ܛܒ	ܛܒܐ	ܛܒܐ	ܛܒ	ܛܒܐ	ܛܒ

§. 5

ad finem ـا, *& mutando* ـا *in* ـة, ut simpl. masc. بُحْ *bonus*, emph. fœm. بُحْتَا *filius*, emph. fœm. بُرْتَا *filia*. بَرْ *puer*, بَحْتَا *puella*. Sed بَرْتَا *spiritualis*, facit emph. بَرْتَا. Ab بَرْ *frater*, fit emph. fœm. بَرْتَا *soror*. Et alia quædam dantur Anomala, sed pauciſſima, quæ lectione facile obſerventur.

2. Quæ non oriuntur a maſculinis, ſed deſinunt in ـا, mutant illud in ـا, ut مَدْـا *verbum*, مَدْـا.

3 *Quæ in ſimplici forma terminantur ut maſculina, faciunt emphaticam ut maſculina*, ut بَطْنَا *venter*, بَطْنَا. At مَدْـا *cibus*, facit مَدْـا. Et مَدْـا *laus* مَدْـا.

§. 3. *Forma conſtructa* formatur a ſimplici mutando ـا in ـا, ut بَحْـا *ſapientia*, conſt. بَحْـا. بَحْـا *revelans*, conſt. بَحْـا. Formæ مَدْـا & مَدْـا abjiciunt ـا, & faciunt مَدْـا *regnum* & مَدْـا *trabs*.

§ 4. Et tantum de ſingulari. In plurali ſimiliter conſiderandæ ſunt forma ſimplex, emphatica, & conſtructa.

1. *Simplex*

CAP VIII.

De Pronomine.

§. 1. PRonomina ſunt vel *integra* vel *defectiva*. *Integra* ſunt primæ, ſecundæ, & tertiæ perſonæ, ſuntque quæ ſequuntur.

Sing.		Plur.	
אֲנָא, אֲנָה	*ego.* c.	אֲנַחְנָא	*nos.* com.
אַתְּ	*tu.* m.	אַתּוּן	*vos.* maſ.
אַתְּ	*tu.* fœ.	אַתֵּן	*vos.* fœ.
הוּא, הִי	*ille.*	אִנּוּן, הִנּוּן	*illi.*
הִי	*illa.*	אִנֵּן, הִנֵּן	*illæ.*

§. 2. Hic obſervandum eſt, quod אַתְּ & אַתֵּן in utroque genere & numero, ita pronunciantur ut נ *Nun* minus audiatur, ſed ejus defectus in ל duriter pronunciando repræſentetur. Hinc in Bibliis noſtris *Polyglottis* plerunque habent lineolam iſtam occultationis ſubſcriptam, & etiam τῷ ל ſemper aſcribitur *Kuſhoi*. Hic autem διεξοδικῶς notemus quod hunc in modum *Nun* Schevatum ante ל plerunque occultatur, ut מְדִינְתָא legitur *mditto, urbs.* מְדִינְתָא

§. 5. Priuſquam autem declinationibus hiſce Colophonem addamus, notandum eſt quod quædam nomina primæ habent pluralem ſecundæ, quædam ſecundæ habent pluralem primæ, & quædam utriuſque. Sic حِبْر *cor*, plur. حِبْرَة *corda*. كَلِمَة *verbum*, كَلِم & كَلِمَات *verba*. رِجْل *pes*, رِجَال *pedes*. سَاعَة *hora*, سَاعَات & سَوَاعِي *horæ*. يَوْم *dies*, يَوْمَات & أَيَّام *dies* plur. رَبّ *dominus*, رَبَّان, رَبُّون, & رَبَّاء *domini*. Hujuſmodi plura legenti occurrent.

§. 6. In utraque præterea declinatione obſervandum eſt, quod quæ oriuntur a verbis ſecundam radicalem geminantibus, ſi eam in plurali habent geminatam, in pronunciatione occultant, ut حُدَّاد *populus*, حُدَّاد. حِدَّة *cauſa*, حِدَّة.

CAP.

diſhat, ſanctus es. קְדִישָׁא *Kadiſhu, ſanctus eſt.* Sic חַיָּב *debitor eſt.* Gal. 5. 3.

§. 5. Quod ſi dictio præcedens תְּ terminetur in ן, illud (ן) ſupra ן, ſive ſcribatur ה, ſive coaleſcat, mutatur in (ן :) ut ſi præcederet אוּכְלָא, fit תּוּכְלָן *horca-n, hic eſt.* Sic præcedente מָרָא *Dominus*, fit תְּמָרָן 1 Sam. 3. 18. Sic denique ex אָנָא & תְּ coaleſcentibus fit אָנֶה *hoc eſt.*

§. 6. Notandum præterea eſt, quod תְּ ita coaleſcens cum præcedente vel etiam ſeparatum, aliquando eſt *Pleonaſticum* & nihil præter emphaſin ſententiæ addit, ut מִלִּבָּא תְּ אֲמַר *ex corde enim.* Mat. 15. 17. Sic & Pſal. 5. 3. אֲרֵי לָךְ תְּ אֶצְלֵי *Propterea quod ad te oro.* Ita eſt in Bibliis *Polyglottis*, at Editio Pſalmorum *Erpeniana* תְּ illud non habet. Sic denique מַנְתְּ *quis?* Hoc autem inter legendum diligenter eſt obſervandum.

§. 7. Tantum de Pronominibus *integris.* Defectiva

ܐܶܣܦܺܝܛܳܐ legitur *ſphitto, navis.* Sic denique hæc ܐܺܝܬ & ܐܺܝܬܰ leguntur *at*, quomodo etiam ܢ in ܐܺܝܬܰ occultatur.

§. 3. Omnia pronomina vicem gerunt verbi ſubſtantivi ܗܘܳ *ſum.* At tunc in pronunciatione coaleſcunt cum præcedente dictione, ܐ in ܐܢܳ & ܗ in ܗܘ occultatis, ut ܥܳܡܪ ܐܢܳ *Omar-no, dicens ſum* vel *dico.* ܩܰܕܺܝܫ ܐܢܳ *Kadiſh-no, ſanctus ſum.* Sic ܩܰܕܺܝܫ ܐܺܝܬ *Kadiſh-at ſanctus es.* ܩܰܕܺܝܫ ܐܺܝܬܺܝܢ *Kadiſhiv-atun, ſancti eſtis.* Sic ܐܺܝܬ *At-u, tu es.* ܗܘ ܗܘ *hu-u, ille eſt.* ܩܰܕܺܝܫ *Kadiſh-u, ſanctus eſt.*

§. 4. Hinc quandoque prima litera prorſus abjecta præcedenti dictioni immediate junguntur, ut ܩܰܕܺܝܫܢܳ *Kadiſhno, ſanctus ſum.* Præcedente autem Participio deſinente in ܝ, illud etiam abjicitur, ut ܓܳܒܶܢ *Gobeno, eligens ſum* ſeu *eligo*, pro ܓܳܒܶܝ ܐܢܳ. Sic & ܢ in ܢܚܢ aliquando abjicitur, ut ܓܳܒܺܝܢ *eligimus*, pro ܓܳܒܺܝ ܢܚܢ. Sic ܩܰܕܺܝܫܰܢ *Kadiſhat,*

CAP. IX.

De Verbo.

UT *Verbi* formationem clarius & distinctius ostendamus, primo *generales* deinde *speciales* ponemus regulas.

Regulæ generales omnibus conjugationibus & temporibus inservientes.

1. Ubicunque Grammaticæ analogia postulat, ut secunda radicalis haberet (ܐ,) pro ea substituitur (ܝ) si aliqua ex literis ܒ ܓ ܕ ܙ immediate sequatur: ut in *Benoni*, ܦܥܶܝ *jubens*, si aliqua ex literis prædictis sequatur, (ܐ) mutatur in (ܝ,) ut ܐܡܶܪ *dicens*. Sic & in *Ethpeel* ܐܬܙܪܥ pro ܐܬܙܪܐ *seminatus est*.

2. Quæcunque Persona ullibi desinit in ܐ vel ܝ, illud ܐ vel ܝ non pronunciatur, ut ܦܥܘ *mandarunt*, non legitur *pkadu*, sed *pkad*. Sic ܢܦܥܶܐ *mandabit*, non legitur *tephkudi* sed *tephkud*. Hinc in accuratis codicibus, præsertim in accuratissimis nostris Bibliis *Polyglottis*, nunquam habent vocales suas expressas. Et hinc etiam est (quod diligenter observandum) quod in tertia persona fœminina plurali *Jud* sæpe omittitur, ut pro ܦܥܝܢ *mandarunt fœm.* legitur ܦܥܝ.: sic pro ܝܠܕܢ & *genuerunt*

ctiva ſequuntur; quæ ſunt in ſingulari, ܗܢܐ *hic*, ܗܕܐ *hæc, hoc*, quod coaleſcens cum ܗ, ſcribitur cum (ˀ,) ut ܗܢ ܗܕܐ Luc. 22. 52. ܗܘ ܗܢܐ *hic ipſe*. In plurali ܐܠܝܢ *illi, illæ, illa, hæc, iſthæc*. Syri etiam ܦܓܪܐ *ſubſtantia*, utuntur de *perſona*, ut ܐܢܐ ܦܓܪܐ *Egomet ipſe*. Rom. 9. 3. & aliquando etiam de *Re*.

§. 8. Interrogativa *Perſona*, ܡܢ *quis? qua?* *Rei*, ܡܐ, ܡܢܘ, & abjecto ܐ, ܡܘ *quid?* Sic & ܐܝܡܢܐ *quiſnam?* ܐܝܡܐ *quænam?* ܐܝܠܝܢ *quinam? quænam?*

§. 9. Pronomen *relativum* eſt ܕ, utriuſque *generis* & *numeri*, *qui, quæ, quod, qui, quæ, quæ*. Hoc autem omnibus jungi poteſt pronominibus, & vel præcedit vel ſequitur. Si ideo jungitur pronomini tertiæ Perſonæ, refertur ad *antecedens*, ut ܗܘ ܕ *qui* & ܕ ܗܘ *qui*. Et ſic etiam in *Plurali*. Si jungatur pronomini interrogativo, refertur ad *ſequens*, ut ܡܢ ܕܥܒܕ *qui facit*. Pro hoc etiam utuntur ܡܐ cum ܕ, ut ܡܐ ܕܥܒܕ *quod facit*.

CAP.

Not. 2. Quæ desinunt in ܐ, ut ܬܡܗ *admiratus est*, sunt perfecta & flectuntur sicut perfecta seeus ac apud *Hebræos*.

§. 2. *Ethpeel*, forma *Passiva* τῆ *Peal*, formatur ab eo præponendo ܐܬ, & mutando (ܰ) in (ܲ,) ut ܐܬܦܩܶ, ܐܬܐܡܶ *mandatur*. Significatio autem ejus aliquando est *Activa*, ut ܐܬܝܥܨ *consultavit*. Mat. 26. 4. quomodo etiam se habet in aliis conjugationibus Passivis, ut ܐܬܩܢܝ *acquisivi*. Mat. 25. 20. Sic ܚܫܒ *considerans*. Rom. 4. 19. Sæpe etiam reciproca est significatio, ut *Hithpael* apud Hebræos, ut ܐܬܬܩܢ *parabo me*. Psal. 5. 4.

Not. In verbis incipientibus a ܐ ܙ ܣ ܫ, eadem est hic *metathesis* quæ apud *Hebræos* in *Hithpael*, ut ܐܫܟܚ *invenit*, ܐܬܫܟܚ *inventus est*. Sic etiam ܫ in ܣ mutatur, & ܙ in ܛ, ut ܙܪܥ *seminavit*, ܙܬܪܥ *seminatus est*. ܙܩܦ *ornavit*, ܙܬܛܩܦ *ornatus est*. Quando autem ܠ geminatur, hæc metathesis excidit, ut ܐܬܗܢܐ *contemnitur*.

§. 4. *Pael* habet sub prima radicali (ܰ,) sub secunda (ܶ,) ut ܦܩܶ *jussit*.

legitur ﻣﺨﻲ. Gen. 6. 4. Et ſic pro ﻳﺒﺴﻮ *exſiccata ſunt* legitur ﻳﺒﺴﻮ. Gen. 8. 13. At tunc hæc Perſona diſtinguitur a tertia ſingulari maſculina ſolummodo duobus punctis ſuperſcriptis, quæ quia aliæ perſonæ non habent, literam illam ﻭ vel ﻯ ſemper *ſcriptam* etſi non *lectam* habent.

Regulæ ſpeciales, & primo de conjugationibus.

§. 1. *Conjugationes* ſunt ſex, tres *Activæ, Peal, Pael, Aphel,* & tres *Paſſivæ, Ethpeel, Ethpaal,* & *Ethtaphal.*

